

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Ea quæ D. N. Iesus Christus hora Matutina pro nobis ex sola Charitate
passus est, succinctim perstringens, Hymnus V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

comprehendat. Nona denum hora, complectitur secundam, tertiam & quartam. Vespera autem, quintam & sextam. Completorum postremo, septimam & octauam. Hoc modo in singulis, dum audientur, horis, quisque (cui horae placet exercitium) ad ea recurrit, quae hora dominica illis (cui subest ipsa quae signatur hora) ascribuntur, per eadem mentem suam ad Deum leuet. Verunt autem uniuicuque interea liberum sit ad huius exercitiū praxim, modum ordinemque seruare quemque alium, qui sibi occasionibus, & exercitiis suis reliquis congruentissime quadret. Nobis hec dunt axat suggestisse sufficiat. Et etiam obseruandum, eos, quos in singulis hic partitus sum horas, seu ritmos, numero sinnu esse quinquaginta, qui rosarium volenti constituant. Postremo sciendum, qui fractum huius, aut cuiusue exercitiū alterius cupit assequi, non verbi tantum inhereat, sed in mentem & affectum inde quaecunque verbu indicantur, subito rapiat traxicatq; ut spiritu hinc sursum ad Deum levato, cor am illa eadem tractet, & vel compatiendo vel orando, vel certe gratias agendo admirando ut animatus suum distet. Qui uibil horum, ut potè aut fastidiosus, aut nimium occupatus, agere posset, saltem dum horae signatur, ad Deum eretto corde, legat hunc versum.

Iesu qui semper diligis
Et nobis cuncta tribuis,
Nos munda, iuuia miseros
Da pacem salua mortuos, Amen.

EA QVÆ DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS
hora matutina pro nobis, ex sola clementate passus est,
succinctim perstringens.

Hymnus V.

Et hora qua nos surgere,
Cum Iesu decet plangere,
Sudore qui nunc madidus,
Orans exurgit anxius:
Iesu quæ vicit pietas
Te qui pro nobis obuias,
Vltrad te tradens hostibus,
Ad mortem te querentibus?
Agnus te captum lacerant,
Lupi feroce verberant,
Te deserunt discipuli,
Vinctum adducunt pessimi.
Annas te dum interrogat,
Seruus maxillam verberat,
Dum stabas in concilio,
Negaris à discipulo.
Testis falsus improperat,
Adiurat Præfus, indicat
Hinc omne te concilium
Esse mortis obnoxium.
Ab oxo qua sol occubuit,
Iniquitas effebuit.

Ah Iesu benignissime,
Quam traxit nequissime.
Nam facies consouit
Hinc alapis hac cæditur,
Te colaphis percutiunt.
Sacros capillos extrahunt.
Affigunt te supplicijs,
Blasphemant contumelijs,
Sic illudentes abrunt,
Dum tota nocte saeuunt.
O mea salus amica,
Tu mea dele sclera,
Extingue cuncta vitia,
Tua me reple gratia.
Cor mundum mihi tribue,
Et velle meum destrue,
Ut tuo beneplacito
Conformis sim perpetuo.
Iesu tibi qui pateris,
Sit laus quod cuncta tribuis,
Nos munda, iuuia miseros,
Da pacem, salua mortuos, Amen.

BBB

E6